

## Werk

**Titel:** Tobiae Pfanneri, De Catechumenis antiquae Ecclesiae Liber

**Autor:** Pfanner, Tobias

**Verlag:** Boetius; Litteris Mullerianis

**Ort:** Gotha; Francofurti; Vinariae

**Jahr:** 1688

**Kollektion:** VD17-Mainstream

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN740847600

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN740847600>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=740847600>

**LOG Id:** LOG\_0003

**LOG Titel:** Serenissimis Friderico Atque Jo. Guilielmo, Saxonicae Iuventutis Principibus; Fratribus Germanis

**LOG Typ:** dedication

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

**SERENISSIMIS**  
**F R I D E R I C O ,**  
**ATQVE**  
**J O . G U I L I E L M O ,**  
Saxonicæ Juventutis  
Principibus ;  
**F R A T R I B U S G E R M A N I S .**

**D E -**

# DEDICATIO.

Uorum maximè nomi-  
 nibus hæc nostra in-  
 signiremus, tacita æsti-  
 matione pensantem,  
 subiit cogitatio, VESTRI  
 potissimum periculum  
 facere, & si consilio for-  
 tuna annueret, Vestræ simul benevo-  
 lentiæ censum irrepere, nobisque eodem  
 ausu gratiam, opusculo splendorem pa-  
 trociniumque parare. Neque erant, in  
 quos magis qualiscunque officii ratio  
 causæque congruerent. In ipso scilicet  
 imperii quodam velut Catechumenatu,  
 aut Catechumenatū viciniâ positis, no-  
 minis saltem similitudine Catechumeni  
 Ecclesiæ convenire videbantur; Ecclesiæ  
 inquam, quæ afflictæ miserrimèque habi-  
 tæ à tot seculis veritati utcunque super-  
 stes, deterso superiori tandem ævo senii  
 situ, tanquam novo quodam Catechu-  
 menatu, Vesta demùm in domo vestris-  
 que in provinciis, in robur venustatem  
 que melioris doctrinæ disciplinæque re-

## DEDICATIO.

floruit. Et quantocunque munere VOS  
maxime colere, debitæ pietatis videri  
poterat, eam familiam, eo PARENTE,  
iisdenique prognatos, quorum in aulis  
publicorum veluti munium Catechume-  
natum nos exercere voluerunt fata, non  
in totum aversantia paterni avitique exi-  
lii reliquias trahentes; ita dispensante  
divina clementiam, ut cui VOS nata-  
les, ego fortunam, quibus VOS profa-  
piam, ego honores deberem, quicquid  
ipsi dedissent (& supra merita hactenus  
dedere,) habiturus; ea fortis haud sem-  
per neque perpetuo adversantis indul-  
gentiam, ut jam non amplius poeniteat exi-  
lii, nascendi conditione, & velur hæreditatis  
quadam necessitate accepti; ipsa nau-  
fragii quamvis incommoda occasione in-  
portum, quos sèpè ludos ludere Fortuna  
solet, projectos. Factum scilicet cœlesti fa-  
vore, Numinisque quandam in nos quo-  
que inclinatione, ut quo VOS Patre glo-  
riamini, ego Principe Dominoque gau-  
derem, Serenissimo, inquam, FRIDERICO,  
Principe ad decus pariter seculi, atque  
invidiam, fortuna atque virtute ador-  
nan-

## DEDICATIO.

nante, composito, majorum gloriam, propriis cumulante laudibus, pari affectu Germaniae remp. cuius ipse nobilissima portio, atque terras, in quas ipsi propitiis in istas fatis imperium evenit, complexo, cuncta denique optimi Civis, eximiiq; Principis munia, fide, consilio, curâ, operâ, studiisque nunquam à communi utilitate aberrantibus implente. Et ô felicem Germaniam! modo omnes, quorum id negotium esse debebat, ad conservandam eam ornandamque eadem mente, industria, virtute consensissent, occidentique & in extremo ferè sitæ Reip. opem ferre simili pietate in annum induxissent suum; reputantes, omnibus quidem bonis expedire, patriam salvam esse, sed in iis, qui fortunati sunt, terrarumque domini, id magis apparere, tantis scilicet pignoribus Reip. illigatis; de qua malè merendi nullam justam unquam causam existimare, & ad cuius salutem totum se conferre, præcipua boni Civis laus atque gloria est. At verò nihil hic attinet, publica in calamitate privatis doloribus indulgere, atque inani-

## DEDICATIO.

bus querimōiis ad luctum nihil profutu-  
rum exponere Reip. atque afflictorum  
ceterorum incuriā Civium vulnera ; ce-  
lebrare potius liceat regionum Vestrarum  
felicitatem, etiam inter publicas clades,  
deflagratique fermē imperii cineres im-  
mota pace, & quæ hujus comes esse solet,  
copiā rerum florentium, Principis, post  
Deum, auspiciis atque provisu, quem  
VORIS natalium prærogativā, patriæ sub-  
ditisque curæ similitudine Patrem esse,  
propitia utrisque neqne omnino incolu-  
mitatē nostram deditantia Fata volue-  
re ; Sapientis, Placidi, atque Magnani-  
mi, quæ singulorum in FRIDERICIS Sere-  
nissimæ Vestræ Domūs fuere elogia, in  
hunc unum cumulatis, Principem Pieta-  
te, Prudentiā, Justitiā, & quo hæ orna-  
tiores gratioresque apparerent, clemen-  
tia atque humanitate insignem, istud ma-  
xime ex principatu usurpantem, opum  
amplitudinem beneficiorum magnitu-  
dine testari, ita naturā moribusque na-  
tum asfrefactumque, ut grave sibi pu-  
tet atque alienum ab officio Principis,  
à Serenissimimo vultu tristem quempiam

## DEDICATIO.

repulsumque dimittere, minuituru m.  
apud humanum genus Romani Prin-  
cipis gratiam, adeo in amore quon-  
dam atque deliciis habiti, si Vespasia-  
norum ævo vivere sibi quoque conti-  
gisset, obsoleta illius atque minori illius,  
si ad hunc compares, nostris præsertim  
temporibus, gloriâ, nisi quod vivam tan-  
tae humanitatis effigiem in F R I D E R I C O  
renovari, etiam ad T I T I ornamentum per-  
tinere videatur. Et Vos, Celsissimi Prin-  
cipis, isto Parente, tantis majoribus orti,  
moribus, quod optamus speramusque,  
referetis, quos vitæ fortunarumque, vo-  
lente ita Numine, auctores fortiti estis,  
ad honestissimam imitandæ virtutis ne-  
cessitatem illustrissimâ stirpis exemplis  
obstricti, quam cognatione quadâ etiam  
longinquâ contingere, exterrorum quo-  
que Principum ambitio, summæq; nobi-  
litatis indicium est. Et verò non validius  
aliud generosæ argumentum prosapiax,  
quam imaginibus majorum ad virtutum  
æmulationem accendi, haud figurâ scili-  
cket, sed memoriâ rerum gestarum pecto-  
reflammam concipere, non nisi æquatâ

## Dedicatio

istorum famâ gloriâque sedandam. Egregium equidem suaq; laude dignissimum, nobilitatem virtute antevenire, neq; insolens, alienâ celebritatis fulgore ad paria audenda excitari; at efficacior plerunque stimulus est, qui ex propinqvo animos urget, ad capessenda præclara, accepta generosis seminibus indole, asseverudine magnæ fortunæ, gentiliumque laudum ornamentiis alacriores, & quos dignitatis suæ ipsa celsitudo nataliū admonet. Sunt quidem, quos in spem imperii patriæque expectationem genitos ad vitiorum ignobilitatem aut ingenii inertia, aut pravi aliorum mores detрудunt, summam fortunam in luxu fastuque arbitrantes, quam per excelsa agere oportuerat atatem, per flagitia prodigentes etiam plebejo pudenda, Principatus putantes præbere, sibi delinquendi, quoties lubuerit, gratiam facere, nullo denique pœnarum metu improbum esse; quasi aut ignavas voluptates pro libitu exercere, aut injuriam licentius facere, id demum esset imperio uti. At nulla aut ra-

## DEDICATIO:

ra, etiam vetustissimæ historiæ monu-  
menta repetentibus sese offerunt vilitatis  
istius à Generositate stirpis suæ deerran-  
tis in Gente vestra exempla; & paterna at-  
que avita decora è proximo intuentibus  
satis erit, tam illustribus quotidianisque  
præceptis exemplisque ad virtutem as-  
suefieri, & quid tam celsi culminis for-  
tem deceat, maximaque in fortuna mini-  
mam licentiam esse debere, domesticis  
documentis addiscere. Non certe sine ra-  
tione sacra est magnorum virorum me-  
moria; & debemus id virtuti, ut non præ-  
sentem tantum illam, sed & ablatam è con-  
spectu veneremur; at ardentioti eam me-  
rito affectu colunt atque proseqvuntur,  
quorū illa in domo nata non splendorem  
minus, quam imitandi consilium istis at-  
que stimulos addit, qui generis inde or-  
tum nobilitatemque traxere. Quanquam  
enim Solis subare loca quoque gaudeant  
sordida, atque majorum suorum luce,  
etiam inertes resplendeant, aliud tamen  
diversissimæque gloriæ res est, sub um-  
bra suorum desidem latere, aliud, accepto  
ab istis fulgori suam quoque claritatem

## DEDICATIO.

affundere. Neque minora de VOBIS sibi  
pollicentur, quibus à fortuna concessum,  
adspicere vestro aut alloquio frui, quo-  
rumcunque denique interest, olimque  
intererit. VOS quam optimos aliquando,  
vestro scilicet fastigio dignos, & quos  
nacti estis egregios officii vestri monito-  
res, Patri, Avo, majoribus simillimos esse.  
Et spondent id mores vestri, etiam tenera  
ætate ad modestiam pariter majestatem-  
que concinnati, animorum vigor vix  
ætatis suæ patiens, ipsiusque oris & cor-  
porum decus, faciliter apud optantes latan-  
tesque conjecturâ, magnorum operum  
avitarumque laudum maximè capaces  
futuros, quos tâm eximia specie natura  
dignata est, atque in paternarum virtu-  
tum similitudinem felicissimè deductos  
iri, qui celissimæ stirpis vestigia, & quos  
maturior ætas datura sit fructus, ipso  
adolescentiæ flore ostendunt. Neque  
perire patietur tot incolumentem atque  
felicitatem Vestram flagitantium speran-  
tiumque vota benignissimum Numen,  
quo VOS amore, qua curâ complectatur,  
jam satis testatum, tantis scil. benevolen-  
tiæ

## DEDICATIO

tiæ pignoribus jam beneficiisque ornatos, suminæque fortuæ ipsa nascendi sorte admotos. Et hæc divinæ bonitati curæ erunt, cui VOS publica spes devotioque commendat. Vestrum, quod precor, erit, oblatu muneri quamvis exiguo illustres manus commodare, porrigenti donarium sereno annuere vultu, laudatissimumque PARENTEM hac quoque mortuæ parte exprimere.

*Sereniss. Vestrar. Celsitud.*

Dab. Vinar. prid.

Cal. Dec. A. O. R.

scilicet LXXXVII.

*obsequenterfimus Cultor*

T. PFANNER,  
Consil. Aul. Saxon.

# PRAEFATIO.

**V**eteris Ecclesiae monumenta, atq; Patrum præsertim scripta olim tractantem incesserat cupido de Ritibus ejus Historiam scribere, & quæ illius forma, facies, atq; habitus fuerit, una veluti tabula spectandam propone-re. Neque intui propositi limites s'eterat cogitatio, ad ipsum tandem opus progressa, ut perficiendi non spem tantum atque votum coptus labor, sed & spei robur atque fiduciam adderet. Tanta molienti manus fata injecere, objectis, quæ industriam inten-dentem primò dubium redderent, postea copiam facultatemque, ad extremum deni-que cum proposito ipsum penè animum, aut saltem animi, sine quo nihil victurum scri-bas, vigorem alacritatemq; auferrent. Hæ-sitationem primò attulere Scriptores, qui jam materiam hanc sive integrum sive per partes tractaverunt; qui si quid omnino alienæ industriae intactum permisere, mo-leustum tamen futurum erat, in multis & forsitan plerisque actum agere, post homines, querum veluti summum certamen erat, ne  
 quid